

## MONITUM AD LECTOREM.

Diversi admodum ab his, quæ hactenus recensuimus, generis sunt atque ingenii Scripta quæ subsequuntur: et quæ tantum abest, ut Rulini auctore habere videantur, ut mirum sit magis, homines doctissimos ea potuisse aliquando illi adscribere. Et Sanctæ quidem Eugeniae Vitam, quæ primo occurrit, *incerto Auctore* inscriperat ipse Rosweydius, quia nullius Auctoris nomen nec in MS. nec in editis libris invenit. Visus est tamen illi stylus non ab ludere a stylo Rulini; et Goldasti Acta Eugeniae, *interprete Rulino*, laudanti aurem maluit accommodare: quamquam ille non ex MSS. auctoritate, sed ex conjectura duxit, ac porro subdubitans dixerit in notis ad cap. 17. Tom. I. et Part. I. Rerum Alamanicarum, *retulitissimum his oriam S. Eugeniae, interprete eodem, NI FALLOR. Rulino*. Vos-ius autem lib. II. de Historiis Latinis cap. 11. non modo, ut fieri in his amat. Rosweydo suffragatur, sed et Goldasti conjecturam sensumque exaggerat, idque eum dixisse omnino arbitratur, *manuscriptorum fide subnizum*. Sed neque ita ille, ut ostendimus, sensit, neque exemplar ullum MS. aliquando repertum est, quo-l Rulini nomen præferret, nec denique aliud quidquam, ut hæc Rulianis scriptiuncula adcen-eretur, proferri argumentum potuit, quam stili quædam similitudo, quæ mihi quidem exigua est, et ut magna videri alii possit, rem minime evincit.

Qui subsequitur duplex *Libellus Fidei* meliore etiam fortuna usus est. Brevior qui præit, et XII. Anathematismis adversus varias hereses constat, ab Eminentissimo coeterraneo meo Henrico Norisio lib. I. Historiæ Pelagianæ cap. III. et ab Joanne Garnero inter Marii Mercatoris Opera, ex codicibus MSS. Vaticane et Bellovacensi in publicam lucem est editus. In iis quod *Rulino* inscribitur, hoc satis superque fuit, ut Rulino Aquilejensi, suo veluti, et de quo nihil dubium esset, parenti tanquam genuinus fatus attribueretur. Alterum fusiorem edidit Jacobus Sirmondus, qui et Græco primum sermone scriptum existimat: tum Garnero inter Opera Mercatoris Diss. VI. denique Jacobus Baunius cum notis Tom. I. Operum Sirmondi inseruit. Neutrum vero ad nostrum *Rulinum*, Aquileensem, videlicet, pertinere, satis luculenter ostendit Cl. Fontaninus, qui nobis ad plura hanc in reu commemoranda, ova fecit, et quem recolas in Vita Rulini lib. II. capp. 17. et 18. ne acium nos agere videamus.

# VITA SANCTÆ EUGENIÆ VIRGINIS AC MARTYRIS AUCTORE <sup>b</sup> INCERTO.

### CAPUT PRIMUM.

*Eugeniae parentes. Philippus Magos Ægyptio pelli.*

**563** In e septimo Consulatu suo Commodus Imperator direxit illustrissimum virum <sup>a</sup> Philippum ad

<sup>a</sup> *EUGENIA* [i] *Martyrologium Romanum* 25 Decembris: Romæ in cœmeterio Apronianæ S. Eugeniae virginis, quæ tempore Gallieni Imperatoris post plurima virtutum insignia, post sacros virginum choros Christi aggregatos, sub Nicetio urbis praefecto dum agonizans, novissime gladio jugulata est. *Menolog. Græcorum* 24 Decemb. *Acta ejus compendiōe retexens*: Certamen S. Eugeniae martyris et sociorum. Hæc fuit ubi Commodo Imp. fil. a Tribuni in urbe Roma. Mis us autem pater ab Imperatore in civitatem Alexandriæ, ut tribunatus magistratum gereret, secum vexit uxorem et filios, quorum una fuit B. Eugenia: quæ cum literas edisceret, et in multorum librorum lectione versaretur, incidit in epistolas sancti Apostoli Pauli, ex quibus Christi fidem didicit. Itaque patris tumultus et mundi falliciam derelinquens, cum duobus eunuchis ad monasterium quod est ante civitatem Alexandriæ se contulit, virili habitu induita. Accepta igitur hospitio ab Heleno episcopo, caussam addens quare illuc ve-

**A** *Ægyptum*, ut præfecturam ageret Alexandriæ, et omnes potestates, quæ per totam *Ægyptum* administrabantur, ejus arbitrio deservirent. Hic itaque cum uxore Claudia cum duobus filiis, Avito et Sergio, et cum filia Eugenia, ab uibe Itomana ad urbem Alexandriam dum **564** venissent, et Romana

nisset, divino Baptismate cum iis quos secum duxerat dignata est, et in ordinem monachorum aggregata, et post aliiquid tempus, in monasterii curam sibi creditam suscepit. Ubi propter miracula, quæ per illam Deus efficeret, facta est familiaris mulieri cuidam ordinis senatorii, quæ Melanthia vocabatur: accusata postea est ab illa, quasi ad coitum illam provocasse; crimen objiciens, quod illius naturæ repugnabat: existimans enim marem esse proper spem habitus, ejus pulchritudine vulnerata cum saepe periculum faciens, ab ea repulsa esset, detulit illam ad Philippum tribunum. Cum vero pater illam accersiri jussisset, veritas detecta est, non solun quod in habitu viri esset mulier, sed etiam quod tribuni esset filia: quare patrem, matrem, et multis ex familia, ad Christianorum fidem attraxit; et pater quidem tribunum dignitate deposita baptizatus est, postea et martyrii perfectionem assutus, in urbibus in cum in templo idolorum infidelibus, qui et illum gladiis interfecerunt: sancta vero Eugenia

gravitate ageret praefecturam, atque omnem provin- quidem magicam curiositatem sectantibus finem im- posuit. *Judeos vero nec nuncupationem nominis habere permisit, Christianos autem procul ab Ale- xandria tantum debere esse constuit. Ipse vero plus licet philosophorum amicus quam fautor idolo- rum, Romanis tamen superstitionibus, ac si reli- giosus cultor, 565 instabat, non rationi, sed tra- ditioni concordans.*

## CAPUT II.

*Docetur Eugenia philosophiam. Respsit Aquilii con- suls filii conjugium. Maritus moribus, non majo- ribus eligendus.*

Eugeniam igitur filiam suam cum literis libera- libus perfectissime docuisse, et tam Latino eam quam Graeco eloquio instruxisset, etiam philosophiam doceri permisit. Erat enim acris ingenii, et tam memoriae capax, ut quicquid audiendo semel vel legendo potui-set arriperet, perpetuo retineret. Erat autem Eugenia pulchra facie et eleganti cor- pora, sed pulchrior mente, et formosior castitate. Igitur cum quintodecuno statis sue anno ab A- quilio, Aquilii consulis filio petieretur sponsa, in-

Romam adducta est cum matre et fratribus, Proto et Hyacintho eunuchis, qui obruncati sunt; ipsa vero saxo gravi alligata in Tiberim flumen projecta est, atque illinc servata, gladio consummationem accepit. *Menara quoque 24 Decemb. aliquot iambris Vitam ejus persstringunt.*

Acta ejus descripta a Metaphraste exstant apud Lipomanum tomo V. et Surius tomo VI. interprete Gentiano Herveto. Haec vero plane cum Actis a Meta- phraste allatis consentiunt, eodem ordine digesta; ut vel haec antiqua translatio sit a Metaphraste pressius expressa, vel certe hic Translator et Metaphrastes ex eodem fonte hauserit, quod posterioris forte vorius; cum et nota Metaphrastis translatio quedam habeat fusi dicta, quedam antiqua huc translatio, quae in nova desunt.

Nisi quis malit, Metaphrastem Latinum hunc tex- tum in Graecum vertisse, cum eadem procedat ordine, et subinde videatur Latinum texum non bene perce- pisse. Sane quod hic dicitur cap. 1 de septimo con- scutu Commodi, ipse de septimo imperii Commodi anno intellexit, plane erronee, ut mox dicam. Auctores quoque sequentes, qui Metaphraste antiquiores fuere, meminerunt Eugeniam, quae verisimile est eos ex hoc Latino fonte deduxisse.

Meminit Eugeniam, ut celeberrimæ martyris, Alcinus Avitus episcopus Viennensis in carmine ad Fuscinam sororem de laude castitatis lib. vi. c. 20. Fortunatus lib. viii. carm. 4. de virginitate, Aldhelmus quoque de laude virginitatis. Rosweydis.

[Incerto.] Ita inscripsi, quia nullius auctoris no- men nec in manuscripto, nec in editis inveni. Video tamen a Goldasto Acta Eugeniae citari interprete Ru- fino. Quod si ex MSS. ipse haec sit, facile consentio. Certe stylus non abudit a stylo Rufini. Rosweydis.

In septimo consulatu Commodi. [Anno 18 est secundum Baronium tomo II. Christi 194. qui erat 13. imperii Commodi. Sed idem Baronius anno Christi 188. imperii Commodi 7. praefecturam Augustalem Egypti Philippo decretam ponit. Nam licet inquit, post exactum annum septimum Commodo, illa potius dicatur, id accidit, quod non simul ac ab Imperatore electus esset, nomen consequebatur e' munus, sed cum Alexandriam ingrediceretur: idque lege Augusti factum Ulpianus affimat (L. uic. 8. De offic. præt. Aug.).

Sequitur hic Baronius Acta Eugeniae per Meta- phrastem Graecis tradita, quæ loco septimi consulatus, septimum imperii annum exprimitur.

Sed ea Metaphrasta Baroniique positio cum Actis ipsius seu Latinis, seu Graecis nullo modo convenit.

A terrogatur a patre, utrum petenti juveni illustris- simis orio natalibus consentiret? Ille respondit: Maritus moribus, non natalibus eligendus est: ipso enim, non parentibus ejus intendum est. Igitur cum aliis atque aliis posecentibus animo castitatis obser- teret, pervenit ad manus ejus beatissimi Pauli Apostoli doctrina: et licet sub paganis imis parentibus ageret, esse tamen coepit animo Christiana.

## CAPUT III.

*Christiani Alexandria jussi discedere. Philosophorum sectas aversatur. Monasterium S. Heleni. Theodorus praefectus monasterii S. Heleni. Curat se in virilem habitum attonderi Eugenia.*

Et quoniam jussi fuerant Christiani ab Alexandria urbe discedere, rogat parentes, ut spectandi gratia permitteretur prædia sua in suburbano Alexandriæ posita circuire. Cumque statim, ut poposcerat, impe- trasse, et ab urbe properaret ad villam, audit Christianos psallentes atque dicentes: Omnes dii gentium dæmonia: Deus autem noster coelos fecit (Psal. 95.). Ille ita audiens suspiravit et levavit, et dixit ad eu- nuchos pueros nomine Protum et Hyacinthum: Scio vos mecum literis eruditos, et digna simul et indi- gna hominum legimus gesta, philosophorum quoque

Siquidem hic cap. 17. dicitur a Gentilibus Philippus, cum persecutio a Severo excitata est, novem annis Egypto irreprehensibiliter praesuisse, et decimo perdi- disse omnia, quod videlicet tunc Catholicis sacerdotem. Eadem habes apud Metaphrastem. Jam vero plures anni quam decem intercedunt inter septimum annum imperii Commodi (quo volunt Philippo Egypti praefecturam d' latam) et decimum annum imperii Severi (quo volunt eadem eidem praefecturam abrogatam). Nam cum 7. annus imperii Commodi respondeat apud Baronium anno Christi 188. et decimus annus Severi anno Christi 204. clarum est, inter utrumque Christi annum, etiam exclusive sumptum, intercedere annos 1. et exurgere annos 17. si eterque extremus annus connumeretur. Atque decimo praefecturæ sue anno di- citur Philippus ab administratione sua submotus.

Quare rectissime Latinus textus praefecturam Egypti delataam Philippo statuit septimo consulatu Commodi, id est, anno 13. imperii Commodi, cui respondeat an- nus Christi 194 atque ita rectissime quoque decimo anno praefecturæ sue ea privatus dicitur Philippus. id est anno decimo imperii Severi, Christi 204. Nam ab anno Christi 194. ad annum Christi 204. justos de- cem annos habet.

A' que ex his appareat sinceritas Actorum Latinorum præ Gracis. Quibus optasse magnum Baronium, ut s're alias solet, relictis depravatis Gracis, instituisse. Rosweydis.

a Philippum] Baronius tomo II anno Christi 240. Zephyrini Papæ 2. Severi Imp. 40. ait allucinato- esse, qui putarunt hunc eundem suisse cum Philippo Imperatore: inter quos Cedrenus est in Maximiano, quos Zonaras jure redarguit in Philippo Imp. n: idem Baronius notat ad diem 13. Septembris. Rosweydis.

\* Aquilio, Aquiliu. ] Vetus editio Aquilio Aquilini. Baronius tomo II. anno Christi 188. legit Aelio, qui hoc anno consulatum gessit una cum Commodo: nisi aizerimus, inquit, hunc esse aliquem ex suffictis consulibus: testatur enim Dio, Commodum (quod num- quam ante factum fuerat) in annum unum vigili- quinque consules designasse, sed cum nomen conve- nienti consul ordinariis, haud alius consul querendus sufficiens.

Quod Baronius ibidem existimat Eugeniam despon- sam Aquilio Consuli, ex stimo cum sumpsisse ex Meta- phraste, ubi dicitur Aquilini Eugeniam despondisse, sed intelligi, non sibi, sed filio, ut Latinus hic tertius habet. Nam parentes filii sponspas spondebant, despon- debant. Rosweydis.

**syllogismos** vane lab re constructos studio scrupulosissimo transegimus: Aristotelica argumenta, et Platonis ideas, et Epicuri sectas, et Socratis monita et Stoicorum: et ut breviter cuncta complectar, quidquid cantat poeta, quidquid orator inventit, quidquid philosophus cogitat, una hac sententia excluduntur, qua tripudiantes Christianos audimus psallere: Omnes dii gentium dæmonia: Deus autem noster celos fecit. Confessio et pulchritudo in conspectu ejus, sanctitas et magnificencia in maiestate ejus. Igitur jubet conferre sermonem: et Apostolus legitur, et Propheta laudatur: sit concordia fidei, et qua arte ad penetralia sapientiae divinae absque sui separatione perveniant, consilio ardenti definitur. Dominam me, inquit, vobis usurpata potestas attrahit, sed sororem sapientia fecit. Simus ergo fratres, sicut divina sapientia ordinavit, non sicut se jactat humana temeritas. Pergamus pariter ad Christianos, et sicut ordinavero, properemus. Helenum audio dici Episcopum, cuius est habitatio illa, in qua **566** die noctuque audiuntur Deo suo cantare, quos etiam nos, quoties transimus, psallentes audiimus. Sed hic Episcopus variis dicitur ecclesie sue occupationibus detineri. His autem qui in divinis laudibus vacant, Theodorus quemdam presbyterum constituit, enjus tanta miracula narrantur, ut etiam caecos suos orationibus illuminet, et dæmones effugiat, et infirmantibus afferat sanitatem: sane ad diversorum hujus congregationis, in quo Deo canitur, nullam patitur venire feminarum. Hic ergo considerans, tondere me arbitror, ut crastina nocturna profectio ordinata, per ipsos nobis transitum prebeat. Vobis itaque duobus iuxta <sup>1</sup> basternam ambulantibus, et ceteris praecedentibus, ad locum deponar a vobis: et vacua pertransiente <sup>2</sup> basterna, nos tres berili habitu simul ad Dei homines properemus. Placuit utriusque consilium: et sequenti nocte, sicut ordinaverat, adimplevit.

## CAPUT IV.

**S. Helenus Heliopolis episcopus**

Tantam autem credentibus sibi Christus gratiam exhibere dignatus est, ut eadem hora, qua ad monasterium pervenerant, sanctus Helenus superveniret Episcopus. Et quia nos est apud Ægyptum, quando circumeunt monasteria episcopi, psallentium eos sequatur exercitus, supervenit idem Helenus Heliopolis episcopus, et cum eo amplius quam deceun millia virorum, psallentium ac dicentium: Via justorum recta facta est, et iter sanctorum preparatum. Audiens haec Eugenia, dixit ad socios: Considerate vim carminum, et videtis ad nos respicere, quidquid modulatis vocibus psallunt. Denique cum de Deo vero noster tractatus in dispositione mutui sermonis haberetur, audivimus hoc cantare: Quoniam omnes dii gentium dæmonia; Deus autem noster celo fecit. Et ecce nunc arripiendibus nobis iter, quo recedere cupimus a culturis idolorum, et ut ad Christianam culturam perveniamus, gratiam promerri: ecce millia hominum nobis occurruunt, una voce clamantium et dicentium: Via justorum recta facta est, et iter sanctorum preparatum. Intelligamus ergo quo perget hic populus, et si ad hoc habitaculum vadunt, quo nos ire disponimus, jungamus

<sup>1</sup> Basternam.] *Paulo post vocat vectorium, Amianus lib. 14. Quo comitatu matronæ complures, opertis capitibus, et basternis, per latera civitatis cuncta discurrunt. Vide Onomasticum. Rosweydius.*

<sup>2</sup> Basterna nos tres.] *Ita recte Ms. Male in editis, basternos tres. Rosweydius.*

<sup>3</sup> Ignem.] *Similis narratio de Heleno abbe habetur lib. 2. de Vitis Patrum cap. 9. ubi insdem, ut hic, verbis ardentes prunas vestimento serebat illeso, ut ex altero <sup>1</sup> sumperit, non facie dixerit. Potius vel*

A canentibus turbis, et advenientibus computati, ingrediamur ut socii, quoque notitias colligamus.

## CAPUT V.

**S. Helenus ardentes prunas illæsa ueste desert. Sancti Heleni cum Zarea mago congressus. Signo crucis munitus S. Helenus, in igne illæsus perstat.**

Igitur cum se junxissent psallentibus, inquit quis esset senior, qui solus vehiculo aselli uesteretur in medio populi sequentis et praecedentis, audiunt quod hic esset Helenus episcopus, ab infante Christi annis: qui dum infantulus in monasterio cresceret, tantæ sanctitatis virtutibus augebatur, ut si quando missus fuisset <sup>2</sup> ignem e vicino petere, ardentes prunas vestimenta deserret illeso. Denique ante, inquit, **567** paucos dies venit quidam magus, qui verborum argumentis populum Dei conabatur everttere, dicens falsum istum esse episcopum, se missum esse a Christo ad docendum. Hic autem erat versutissimus, et de Scripturis divinis populum seducebat. Denique omnis turba Christianorum accessit ad hunc, quem videtis, patrem nostrum, et dicit ei: Audivimus Zaream, quod ipse sit missus a Christo: constitue diem, in quo eum aut recipias ibi socium, aut si potes, convincas falsa dicentem. Igitur constitutor dies et locus in medio Heliopolis civitate: venit Zreas magus cum artibus suis, venit et Helenus episcopus cum orationibus suis. Cumque populum salutasset, ait: Nunc probabitis spiritus qui sunt a Deo. Et conversus ad Zaream, cœpit verborum ingens habere licetamen: sed quia versutus erat nimis, et concludere eum sermonum ratione non potuit, respiçiens populum fortiter lædi, quod Zreas superior abscederet in verbis, modicum silentium postulavit, et ait ad populum: Pauli apostoli in hac parte monita omnino tenenda sunt: dicit enim Timotheo discipulo suo: Noli verbis contendere: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium (1. Tim. 4.). C Sed ne hoc testimoniuni non quasi cauti, sed quasi timidi proferamus: ascendatur ignis in media civitate, et ingrediamur pariter flammis: et qui uestus non fuerit, credamus quod hunc miserit Christus. Tunc omnibus sententia placuit. Statim denique ignis copiosus accensus est. Tunc beatus Helenus jubet Zaream introire flammas. Cui Zreas inquit: Ingredere tu primus, qui hoc proposuisti. Consignans se igitur beatissimus pater Helenus, expansis manibus <sup>1</sup> ingentes flammas intrat: et stans illæ dimidia hora, neque capillis, neque uestimentis ex aliqua parte violatis, ut Zreas quoque intraret, similiter imperabat. Sed Zreas reluctare cœpit et fugere. At ubi invitum illum populus in ignibus tradidit, statim eu*nus* circumdans flamma cœpit excurrere. Et immittens se sanctus Helenus, licet semiustum, vivum tamen eripuit: quem cum dedecore eliminavit populus de liniis regionis hujus. Hunc sicut videatis, quotidie quocumque perrexerit, in Dei laudibus populus comitatur.

## CAPUT VI.

*Eugeniae postulatio.*

Audiens haec beata Eugenia, ingenuit, et procedit ad pedes ejus, qui sibi regulerat ista, et ait: Obsecro

hinc colligas, Rufinum etiam hujus Vitæ auctorem esse, ut lib. 2. de Vitis PP. Eamdem historiolam de Heleno habet Palladius c. 58. Rosweydius.

<sup>1</sup> Flammam intrat.] *Frequens ea ad lignem provocaris, cum argumentis alia ad fidem probandam, et propagandam desunt in sacris historiis. Exempla varia concessi in Dissertatione mea: De lide hereticis settanda, cap. 42. Rosweydius.*

<sup>2</sup> Hunc ex Rufino sumisse res clamat. Vide infra nos col. 1115. not. j.

te, ut me illi una cum ipsis duobus fratribus meis insinnes : ex idolis enim converti volumus ad Christum. Et quia simul hoc definitivus, et fratres sumus, etiam hoc ab eodem impetrare volumus, ut numquam nos patiatur ab invicem separari. Et ille : Nunc, inquit, silete, quoique ingressus monasterium, ad quod pergit, paululum requirescat, et cum opportunitum fuerit, intimabo ei omnia secundum verbum tuum. Interea dum appropinquasset monasterio, ad quod pergebat, ecce et illi egredientur obviam patri, hymnum Deo dicentes : Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui (Psal. 47.). Ingredientibus episcopo et populo, etiam ingreditur Eugenia, cum Hyacintho et Proto comitibus suis, tantum ei nota, cum quo sermonem haberet.

## CAPUT VII.

*Matutinæ laudes. Sexta mysteria celebrantur. Nona refectio. Vis' o S. Heleni. Eugenia, etiam mutato habitu, divinitus a S. Heleno agnoscitur.*

Perfectis igitur matutinis laudibus, paululum requietus episcopus, ei jussit sibi ad sextam preparari, ut divina mysteria celebretur, ut dum sextam ceperisset, nona ad refectioem jejunantem opportune perveniret. Requiescens autem episcopus, somnum vidit, in quo ad simulacrum feminæ ducebatur, ut illi sacrificaret. Tunc dixi, inquit, in sonno his qui me tenebant : Permitte me, ut loquar cum dea vestra. Et cum me permisissent loqui, dixi ei : Cognoscere te creaturam Dei esse, et descendere, et noli te permettere adorari. At illa, his auditis, descendit, et secuta est me, dicens : Non te deseram, quoisque me creator meo restitus et conditor. Igitur cum ista in animo episcopi volveretur, accessit ad eum Eutropius, cum quo locuta fuerat Eugenia, et dixit ei : Tres pueri fratres unanimiter culturam simulacrorum relinquentes, Christo servientium numero in isto monasterio se sociari desiderantes, et hodie vestigia tua prosequentes, hic ingressi sunt : poscentesque me, cum lacrymis postulaverunt, ut mereatur notitia tua beatissima revelari. Tunc beatus Helenus dixit : Gratias tibi, Jesu bone, refero, qui me prævenire fecisti hujus rei notitiam. Tunc conveceri ad te præcepit pueros : et apprehendens manum Eugeniae, ludit orationem. Quam cum complesse, tulit sequestratum eos, et gravi simo vultu, quidnam dicerentur, interrogat : vel cuius nationis essent, creditit inquirendum. Ad haec Eugenia respondit : Cives, inquit, Romanii sunus : unus ex his duobus fratribus meis Protus dicitur, alius Hyacinthus, ego vero Eugenius nuncupor. Cui beatus Helenus dixit : Recte Eugenium vocas : viriliter enim agis, et confortetur cor tuum pro fide Christi. Ergo recte vocaris Eugenius. Nam et hoc scias, quia Spiritu sancto nos et te Eugeniam corpore ante prævidimus, et qualiter huc veneris : et quod isti tui sint, non me passus est præterire. Sed hoc mihi Dominus revalere dicitur, quod gratissimum ei habitaculum in corpore tuo præparasti, custodiendo virginitatis præmium, et præsentis temporis blandimenta fallacia respondo. Scito autem, te pro castitate multa passuram : sed non te deseret ille, cui te ex integro tradidisti. Ad Protum autem et Hyacinthum conversus, ait : In corpore servitutis positi, ingenuam dignitatem animi tenuisti fortiter et tenetis. Unde vobis, me faciente, Christus Dominus loquitur, dicens : Amen dico vobis, jam non dicam vos servos, sed amicos (Joan. 15.). Unde et vos beatos annuntio, quia concordatis Spiritui sancto, quia unanimiter consensistis in omnibus Salvatoris, simul ad gloriam pervenietis illum percepturi. Hæc beatus Helenus, nullo alio teste præter Deum, locutus est in medio, et jussit eam sic in virili habitu permanere : et non cum deseruerunt,

A quoque Baptismatis sanctificatione instrueti, monasterio, ad quod festinaverant, sociarentur.

## CAPUT VIII.

*Plangunt Alexandrini Eugeniam quasi perditam. Fit Eugeniae simulacrum tamquam deæ.*

Redeamus autem ad illud tempus, quo Protus et Hyacinthus auferentes Eugeniam, abierunt. 569 Basterna igitur, jumentis ambulantibus et pueris qui praebant, vacua pervenit ad matrem. Videntes autem eminus properantes pueros, et basternam venientem, occurserunt cum gudio universi : et inventientes vectorium vacuum, omnes simul inugitum reddiderunt, si quoque repente totius civitatis spectatus. Quis enim audire poterat, Praefectum filiam charissimam perdidi-se? Erat itaque planctus inestimabilis, flatus immensus : lugebant universi confusi : parentes filiam, sorores fratres, servi dominum : et tenebat universus moror, et infinita animi tribulatio. Fitque per totam provinciam inquisitio, interrogant aruspices, inquiruntur pitones : saeculicis quoque et seceleratis superstitionibus daemones interrogant, ut quo venisset Eugenia indicarent. Hoc solum omnes dicebant, quod eam de-ude celo rapuerint. Credidit factum pater : et fletum ad consolationem revocans, dat festa responsio, et deorum illum numero consecrans, ex auro puro ejus fecit fieri simulacrum : quod ita coepit excoli, ut non minorem honorem quam diis suis exhiberent. Mater tamen ejus Claudio, et fratres Avitus et Sergius, nulla potenter ratione consolati nem accipere, sed erant intolerabiliter lugentes eam.

## CAPUT IX.

*Catalogus virtutum S. Eugeniae.*

Beata autem Eugenia virili habitu et animo, in praedicto virorum monasterio permanebat : atque ita in divinis eruditioribus profecit, ut intra secundum annum omnes scripturas Dominicana memoria retineret. Tanta in ea erat animi tranquillitas, ut unam illam omnes dicerent ex numero esse Angelorum. Quis enim deprehenderet quod esset femina, quam virtus Christi et virginitas immaculata protegebat, ut mirabilis esset et viris? Serino enim ejus erat humilis in charitate, clarus in mediocritate, vitis carens, et facundiam fugiens, opines in humilitate superabat. Nullus illa ad orationem inveniebatur anterior, efficiebat autem omnibus omnia : tristis consolabatur, laeto congaudebat, irascitum uno sermone suo mitigationebat : superbientem ita suo sedificabat exemplo, ut ovem subito e lupo factam se credere delectaretur. Tantam a Deo est gratiam consecuta, ut quemcumque in dolore postum visitasset<sup>1</sup>, omnis statim dolor recederet, et omnis celebritas adveniret. Comites autem ejus Hyacinthus et Protus, comitabantur eam, et erant in omnibus obtemperantes ei.

D

## CAPUT X.

*Cogitum præesse monasterio. Vilissima queque maria obit. Precum horiarum studioissima.*

Tertio igitur anno conversionis ejus, abbas qui præerat fratribus in monasterio, migravit ad Dominum. Post cujus abscessum omnibus visum est ut sibi beatam Eugeniam eligerent abbatem. Tunc beata Eugenia metuens se feminam contra regulam viris præponi; item timens, ne omnes unanimiter deprecantes sperneret, ait ad eos ; Obsecro vos, ut Evangelium in præsenti, adhibeatis. Quod cum fuisse allatum, dixit : Quotiescumque Christianis aliquid eligendum est, Christus est ante omnia auscultandus. Videamus ergo in hac electione vestra, quid ipse præcipiat, ut et vestris jussis et ipsius monitis in-

\* Antea vitasset scriptum erat.

tendamus. Et revolvens codicem, venit ad locum, et cœpit legere, dicens: *Dixit Jesus discipulis suis: Scitis quia principes gentium majores sunt hi qui bus dominantur: 570 et principatum eorum gerunt. Apud vos autem non est sic: sed si quis in vobis vult primus esse, sit vester ultimus: et si quis inter vos voluerit esse dominus, sit vester servus (Matth. 20.).* Et his dictis, adjecit: *Ecce, inquit, et vestris iussis obtemperans, decrevi primatum suscipere, et Domini iussionibus obedire: ultimum me vestrae charitati constituo.* Exhilaratur omnium caussa in consensu ejus: ipsa tamen ante omnes opus monasterii, quod infima solebat exercere persona, suscepit: in omnibus aquam portare, ligna concidere, munditas adhibere. In eo denique loco habitaculum sibi elegit, ubi ostiarius monasterii manebat, ne vel ipso se superiorem ostenderet. Sane refectionem fratrum sollicite curabat, et psallendo Deo ordinem fortiter custodiebat: tertiae, sextae, nonæ, vespertinis vel nocturnis atque matutinis horis tam cautissime insistebat, ut videretur jam perilius Deo, si horarum vel quidpiam spatii absque divinis laudibus aliqua preteriasset. Ita denique in hoc opere esse Deo charior coepit, ut dæmones ex obsesiōnibus corporibus pelleret, et eorum oculos aperiret. Sed quia multa singulatim narrare intendo per ordinem, quantum vermitit brevitas, accedamus.

## CAPUT XI.

*Melanthiam a quartana oleo sacro curat.*

Matrona quædam Alexandrina, ceteris matronis præstantior, nomine Melanthia, audiens opinionem ejus, venit ad eam, quia quartana gravissime, et jam per annum et eo amplius vexabatur. Quam cum beata Eugenia oleo perunxisset, omnem continuo violentiam<sup>1</sup> sellis evomuit. Et sanissima redita, pedibus ad suum diversorium properavit, quo in vicino monasterii possidebat. Ordinat interea munera, scyphos argenteos tres implet solidis, et hos satisfactionis suæ gratia mittit ad beatam Eugeniam. Cui gratanter remittens quæ miserat, ait: *Abundamus et superabundamus omnibus bonis. Unde te, parentis charissima Melanthia, ut ista egentibus magis ac necessitatē patientibus dividas, hortor et moneo.*

## CAPUT XII.

*Melanthia incesto Eugeniae urdet amore. Fortiter resistit Eugenia.*

Audiens Melantia contristata est: et veniens, crepit rogare et ampliora promittere. Fit assidua circa beatam Eugeniam, et in nullo deprehendens quod esset femina, eleganti decipiunt juventutis. Videns eam, juvenem per veritatem putabat esse terrenum: se animi non sanctitate ejus, sed aliqua arte existimans suisse salvatam, in concupiscentia ejus elabior, et putans amplioris pecunia cupidorem, cœpit infinita offere, et ampliora promittere. Cumque sepius eadem precaretur, et grato animo oblata sibi ab Eugenia cerneret reddi, declinat ad maiorem interitum, ægritudinem sicut aus. Quam cum hec ut Eugenia rogata visitaret, sedenti ante lectum suum sancte Eugenie talia cœpit producere: intolerabilis circa te amor pectus meum exagit, nec ullum remedium fatigationi meæ reperire potui, nisi ut te omnium rerum mearum dominum inservias. Quid leipsum vauis et inanibus abstinentiis crucias? Ecce possessioñum locu; letatio infinita, et ecce auri pondus immensum, et argenti ministerium copiosum, et famihæ infinitus est numerus: dignitas generositatis est

<sup>1</sup> Omnino sumtum hoc videtur ex eo convicio, quo Melanthiam S. Hieronymus Epist. CXXIII. ad Ctesiphontem perstrinxit ubi, eam dixit, cuius nomen nigredinis testatur perfidie tenebras. Seilicet μέλανης Graecæ, nigredinem sonat in Latino. Ex que colligas

A mihi, hoc anno absque filiis viduata sum, succede pro eis in facultatibus meis, et non solum rerum mearum, 571 sed meus esto jam dominus. Cumque haec et his similia loqueretur, dixit ad eam Eugenia: Recie nomen tuum i nigredinis testatur perfidiam: magna enim te diabolo habitaculum præparasti: discede a servis Dei, deceptrix et illecebrosa Melanthia: nos enim aliter militamus. Habeant opes tuæ tu similes dominos, nos delectat mendicare cum Christo. Afflatum dives est, qui cum Christo pauper est. Fugiant a te imagines concupiscentiae, non e t enim salutis tuae ista qua te invastis insanis. Draconis habitaculum facta, venenum effundis: sed nos, Christi invocato nomine, venenorū tuorum virus evadimus, et misericordiam Domini invenimus.

## CAPUT XIII.

*Falso accusatur attentati stupri. Præfectus Alexandrinus Eugeniam comprehendendi jubet. Catenis vincita sistitur præfector.*

Tunc illa deceptionis suæ pudorem non ferens, sperans se detegi, nisi prior ipsa detegeret, reversa Alexandriam, adire præfectum statuit, hoc ordine dicens: *Scelestum juvenem, simulante Christianam religionem incurri: et dum medendi gratia, qua dicitur posse infirmatibus prodesse, ad me venire permetterem, unam me ex illis existimans, de quorum pudore bacchatur, ausus est impudenter alloqui, et verbis procacibus ad crinum hortari: nisi dedissem vocem in praesenti, et ancillæ meæ suissem liberata solatio, more barbarico suæ me libidini captivasset. Audiens bæc præfector, nimio furore inflammat, et jubet ad loca monasterii destinari, qui cum vincitum ferro cum omnibus commorantibus deparent. Deponuntur itaque omnes in vinculis; et quia unius carceris eos non fererat locu; per diversas custodias dividuntur. Post hanc statuunt dies funeris: in quo alii ad bestias, alii vero ad ignes, alii ad diversa supplicia damnarentur. Fit rumor imminentis, impudens quoque fama cunctam Aegypti peragrat provinciam. Omnes credunt, omnes condemnant, et omnibus verisimile videtur, Melanthiam illustrem feminam mentiri non posse. Quid multa? Venit dies funerum constitutus: et in qua universæ civitates in vicino posita convenienti, ut videant ferarum tradit morsibus corruptiores; introduceantur in catenis, et a collaribus feruis cum beata Eugenia: et nullo agnoscente quod esset femina, clamor populi diversis sententiis ingruebat. Tunc jubetur adduci propinquus, ut non per internuntios eam præfector audiret, sed ex ore ejus addisceret veritatem. Aptantur equulei et verbera, flammæ, tortori s, et cetera quæ solet abscondita cordis exculpere, præparantur.*

## CAPUT XIV.

*Præfectus Eugeniae pater agit in filiam incognitam. Eugenice prudentissima responsio.*

Tunc præfector Philippus dixit: *Dic sceleratissime Christianorum, hoc vobis Christus vester tradidit in mandatis, ut operam corruptionibus detis, et pudorem atque verecundiam matronale et fraudulenta astutia capiat?* Dic nunc, furcifer, quæ te temeritas cogit, ut illumsem feminam Melanthiam appeteres, et ingressus sub specie medici, casualem generosissimam ad Ipanarium ignoriam provocares? Audiens haec beata Eugenia, capite demissio, ne possit agnoscere, taliter dedit præfecto responsum: *Dominus mens Jesus Christus, cui ego seruo, castitatem docuit: et integratatem corporis eu-tudientibus, 572 vitam*

*novo argumento, Rufum scriptorium hujus auctorrem non esse, qui certe nunquam his suis est verbis usus, quibus Melanthiam comitem suam, sanctissimam feminam, S. Hieronymus acute nimis impetravit.*

<sup>1</sup> Fortasse vir lentiā rescribendum est.

promittit æternam. Hanc autem Melanthiam, falso*m* testem nunc possumus declarare: sed inelius est, ut nos patiamur mala, quam illa, dum convicta fucrit, aliquid patiatur, ne et fructus patientia nostræ depereat: sed tamen, si per victoriam principum testetur vestra sublimitas, quod non in eam ipsam retrorsus sentientiam, et haec fallax testis nihil patiatur mali, nunc probabimus crumen, quod nobis objicit, redundare in eam.

## CAPUT XV.

*Ancillæ sum testimonium contra Eugeniam.*

At ubi testatus est per principum salutem præfetus, promittens ad omnia quæ postulabat effectum, dixit Eugenia: O Melanthia nigredinis nomen, et nebrosa Melanthia: applicari fecisti aculeos, suspendi præcipis Christianos. Dumna, per te, incende: bene nos accipis: non tamen tales habet famulos Christus, quales tu testaris. Tamen adduci præcipe ancillam, quam testem nostri criminis esse dixisti, ut ex ore ejus possit denudari mendacium. Cumque applicata suisset in conspectu judicis, coepit dicere: Istum juvenem impudicissimum, frequenter quidem circa viles personas detecum in adulteriis, ipsa impunitas ad hoc eum perduxit, ut etiam dominæ meæ circa primam horam diei cubiculum impudenter ingressus, primo quidem sermone quasi pro salute ejus veniret, indicaret; secundo pro sua concupiscentia, et tertio etiam ad violentiam, si cursim ego ingressa familiam non vocasse, quæ hodie hujus criminis testis est. Tunc præfectus ex familia adesse jubet aliquos, qui ita gestum esse, suo testimonio confirmarent. Cumque applicarentur singuli; ita esse, ut illa dixerat, testabantur. Tunc iudex vehementer commotus, ait: Quid ad hæc, infame, dicturus es, quem tot revincent testes, tanquam iudicia manifestant?

## CAPUT XVI.

*Egregie se purgat Eugenia. Sexu suo omnes crimina-tores confundit.*

Ad hæc beata Eugenia ait: Tempus loquendi est, quia tempus tacendi transiit (*Ecclesiast. 3.*). Opiaveram quidem crimen objectum in futuro judicio denudari, et castitatem meam illi soli ostendere, cujus amore servanda est. Tamen ne glorietur in servos Christi fallax audacia, et paucis pendam verbis veritatem, non ad jacantiam humanæ declamationis, sed ad gloriam nominis Christi. Tanta enim est virtus nominis ejus, ut etiam feminæ in timore ejus posita, virilem obtineant dignitatem, et neque ei sexus diversitas fide potest inventari superior, cum beatus Paulus Apostolus magister omnium Christianorum dicat, quod apud Dominum non sit discretio masculi et feminæ: omnes enim in Christo unum sumus (*Galat. 3.*). Hujus ergo normam animo servente suscepit, et ex confidentia quanæ in Christo habui, nolui esse feminæ, sed virginitatem immaculatam tota animi intentione conservans, virum gessi constanter in Christo. Non enim infrunitam honestatis simulationem assumpsi, ut vir feminam simularem: sed femina viriliter agendo, virum gessi, virginitatem quæ in Christo est, fortiter amplectendo. Et hæc dicens, scidit a capite tunicam, qua erat induta, et apparuit feminæ. Et **573** statim ad præfectum ait: Tu mihi quidem secundum carnem pater, Claudiæ mater est: et

<sup>k</sup> Nunc decimo anno.] Baronius *tomo II* anno *Christi 204*. Zephyrini *Pape 1*. Sevi Imperatoris 10. Haud adeo mirum, inquit, uideri debet, tam diu Philippum in ejus munera functione perseverasse. Cum enim ea maximi omnium momenti esset Augustalis dicta præfectura (*Egypti*) quam relixi Romani imperii obsidem sibi Augustus serrareral, nec quempiam Senatorum ad eam mitti debere sanciverat, sed ex equestri ordine aliquem virum optimum, qui nullas unquam

frates hi duo qui tecum sedent, Avitus et Sergius. Ego autem Eugenia filia tua, quæ pro amore Christi mundum omnem cum delicia suis respusi tamquam stercus. Ecce Protus et Hyacinthus eunuchi mei, cum quibus scholam Christi ingressa sum: Christus autem tam idoneus ibi extitit, ut victricem libidinum omnis pollutionis me faceret per misericordiam suam, cui credo usque in linem me jugiter permanegram.

## CAPUT XVI.

*Agnoscitur a parentibus. Baptizatur tota familia. Pax datur Christianis.*

Agnoscentes itaque pater filiam, et sororem fratres, servi dominam, currunt statim ad eam: et effundentes lacrymas in conspectu populi, amplexibus ejus incombunt. Nuntiatur factum Claudiæ matre, et statim cursu concito ad spectaculum venit. Deferunt vestimenta uero testa, et licti invita, induuntur, atque in excesso tribunali posita, in sublime attolluntur, et ab omni populo clamaunt: unus Christus, unus et verus Deus Christianorum. Sane sacerdotes et episcopi, qui cum multo populo Christiano ante amphitheatrum erant, ei dum suos interfici hi qui accusabantur, ab eisdem sepelirentur, ingrediuntur, Deo hymnum dicentes, atque omnes una voce clamantes: Dextera Domini glorificata est in virtute, dextera manus tua Domine confregit inimicos (*Psalm. 117*). Tollitur ergo in triumpho Eugenia: et ne tantum gaudio populi, ejus defuisset probatio castitatis, vi-sus est ignis de cœlo descendens, qui ita circumdedicat domum Melanthiae, ut nec vestigium alicuius rei, quæ ad eam pertinebat, remanserit. Fui gaudium populi cum timore Dei: Ecclesia quæ jam quasi viuenda, octavo anno clausa funeral, reseratur. Revocatur Christianorum populus, baptizatur præfector in fascibus constitutus, baptizantur filii ejus, baptizatur mater ejus Claudiæ. Restituit privilegia Christianis, et mittit relationem ad Severum imperatorem de Christianis, et memorial, satis re publicæ Christianos prodesse, ideo debere eos absque persecutio-ne aliqua in urbibus habitare. Consentit relationibus Imperator: et fit tota Alexandrina civitas quasi una Ecclesia. Eratque **574** omnibus civitatibus gaudium, et dignitas Christiani nominis florebat.

## CAPUT XVII.

*Excitatur persecutio. Imperatorum literæ ad Philippum.*

Sed quia semper sanctitatem æmulatio sequitur inimici, et contra bonitatem pugnat malitia: consilio diaboli aliqui ex honoris Alexandriæ cultores idolorum, accipientes ægre, quod Christianis privilegia tribuisset: venientes ad regem, dixerunt statim re-publicæ conturbatum a Philippo, qui cum nono anno in fascibus irreprehensibiliter administraverit, et hac decimo anno perdidit omnia. Denique deorum immortalium deseruit ceremonias, et omnem civitatem ad cultuam cuiusdam hominis, quem Judæi occiderunt, convertit. Non est legibus vestris illa reverentia. Passim quisque ut voluerit tempula reverenda ingreditur, ut non colendi benevolentiam praetendat, et non ut deos esse quos colimus credat: sed ut dicat inhibitas blasphemias, saxe aut metalla potius quam divini numinis [*Ant. nominis*] signa. Hæc et similia multa dicta sunt Severo et Antonino Augustis. <sup>l</sup> Qui committi, dixerunt ad eum hujuscemodi

principatus amore turbas ciere posset: nactus senectu quoque fidelissimum virum, eu præfectura dignum. Imperator haud facile dimovet: quod paci et securitati Romani imperii id expedire polissimum sciret, cum Ægyptii essent omnium studiosissimi novarum rerum, atque levissi mihi ad concitandas turbas et rebellandum. Sed hæc Dio pluribus. Rosweydis.

<sup>l</sup> Qui committi.] Baronius *tomo II*, anno *Christi 203*. Zephyrini *Pape 2*. Sevi Imper. 10. persecutio-

**Decreta :** « *Divus parens noster, Commodus quoniam Augustus, non ut praefectum, sed m̄ ut regem te Alexandriæ ordinavit atque constituit, ut dum in vita maneres, successorem nullum susciperes. Unde his beneficiis ejus superaddere cupientes, statuimus, ut diis omnipotentibus solitam culturam exhibeas : vel deposita dignitate, etiam propriis facultatibus cedas.* »

#### CAPUT XVIII.

**Philippos bona sua ecclesiis et pauperibus erogat.**  
*Dignus habetur episcopatus honore.*

Accepta igitur hac Augusti auctoritate, simulat segritudinem, quousque universa distraheret, et donaret per omnem provinciam ecclesiis et pauperibus. Ipse autem praefectus in timore Dei et in cultura Christi etiam alios confortabat in Christo. Interea omnis Alexandria conspirat<sup>a</sup> in episcopatum ejus, et cœpit eum res publica habere praefectum, quia successor ei nondum venerat, et ecclesia habere episcopum, quia merito fidei sibi eum elegerat sacerdotem. Duravit autem in episcopatu unum annum et menses tres.

#### CAPUT XIX.

**Perennius praefectus Alexandriæ. Philippos gladio percuditur. Eugenia monasterium virginum struxit. Claudia xenodochium erigit super sepulcro Philippi.**

Post hæc autem spatia temporum veniens<sup>b</sup> Perennius praefectus, dum Alexandria quereret percutere eum, et non posset, quia omnis civitas in amore ejus durabat : immisit ei qui se fingerent Christianos, et ingredientes, p̄ percusserunt eum in oratione Dominica constitutum. Post traduntur percussores praefecto Perennio. Ille autem conscius iussionis suæ, et quasi audiendos, custodiae mancipavit : post paucos autem dies principum indulgentia relaxatos dimisit. Beatissimus autem Philippos, post percussuram tribus diebus in corpore esse permittus est, non ad aliud, nisi ad corda dubia confirmando : nam ut migraret ad Dominum, martyrii se noluit corona fraudari, et ipse hanc ut reciperet, oravit. Nam qui in corpore positus dæmonia fugabat, et illuminabat oratione cæcos, quanto magis se noluisset palma privari? Poterat utique quod volebat impetrare sine

**nem a Severo excitatam ponit. Moxisse quoque, ait, videtur stomachum Severo ad persecutionem fideliuum excitandam, quod intelligeret, nobilissimam omnium Ægypti praefecturam Augustalem administrantem Philippum jam Christianum redditum esse. Hactenus Baronius. Cum dicatur hoc capite vitæ decimum annum esse, quo Philippus praefecturam suscepit, non quadrat hic computus cum anno septimo Commodi, quo dicitur praefecturam suscepisse. Rosweydis.**

<sup>b</sup> Ut regem.] Baronius supra anno Christi 204.

Quod autem in ea epistola Severus dicit (apud Metaphrastem ex versione Herveti) : Te tamquam regem potius, quam praefectum elegit Ægypti presidem : Illud plane comprobat, quod in hæc verba scribit Tacitus : Ægyptum jam inde a divo Augusto equites Romani obtinenter loco regum. Ita visum expedire provinciam adiutum difficilem, annona foecundam, superstitione ac lævia discordem, et mobilem, et insiciam legum, ignarami magistratum, dñi retinere.

Rosweydis.

<sup>a</sup> In Episcopatum ejus.] Baronius tomo II. anno Christi 204. Zephyrini Papæ 2. Severi imp. 10., ait, corrigendum in Actis Philippi, quo dicitur factum suis episcopum Alexandrinum. Nam, inquit Notat. ad diem 13. Septemb. ejus praefectura secularis, et non sacerdotalis fuit. Eusebius etenim cum tam in Chronico, quam in historiæ textis seriem episcoporum Alexandrinorum, Nicæphorus Episcopus et Nicæphorus Callistus, et alii, qui id ipsum præstiterunt, nullus ipsorum inter Alexandrinos episcopos adnumerat P. i. lippum. Rosweydis.

A dubio : et ita recepit, ut particeps nominis Philippi, easet particeps et coronæ : et susciperent martyres collegam, quem in erito Ecclesia supercepserat sacerdotem. Juxta atria itaque ubi sancta Eugenia filia ejus monasterium Christi virginibus collocaverat, illuc sum jussit collocari corpusculum, in quo loco beatissima Claudia xenodochium fabricabat, et constituit prædia, quæ suscepionibus peregrinantium deserunt : ipsa autem cum Avito et Sergio filiis, et cum beata Eugenia regessa est Romam.

#### CAPUT XX.

**Basilla Eugeniae societatem expedit. Cornelius Papa baptizat Basillam.**

Igitur filios Philippi cum omni gaudio senatus recipit Romanorum : et unum proconsulem Carthaginem, alium vicarium Africæ dirigunt. Ad beatam autem Eugeniam cum multæ matronæ convenirent, et pene omnes virgines, quascumque potuisset, notas aut amicas, faceret etiam Christo credere, et in virginitate Dominicam permantere : quodam ex regio genere virgo, Basilla nomine, cupiebat eam attingere. Sed quia causa nominis Christiani ad eam ire non poterat, rogabat per internuntium fidem, ut eam de religione Christiana instrueret. Tunc beata Eugenia convocat ad se beatissimos comites suos Protum et Hyacinthum, et dicit eis: Accingimini militia ad quam vos convocat Christus ; quo vos Basillæ offeram sub specie munieris, ut vos eam in Christo faciat ancillam. Fit itaque hujus munieris gratia : et suscepit Basilla quasi famulos, sed eos quasi apostolos honorabat. Vacabat autem cum eis omni hora : et quasi eunuchos servitio habens, non diebus, non noctibus a colloquii Dei et orationibus cessabat. Igitur Cornelius cum esset in urbe Roma, sacrae legis antistes, pervenit ad eam laeter, et baptizavit eam. Confirmata autem beata Basilla in timore Dei, procurante misericordia Christi, pene omnibus multis se fruebantur adspectibus ipsa et beata Eugenia.

#### CAPUT XXI.

**Claudia vidua, Eugenia virginis congregat. Nocte Dominica hymni et sacra mysteria.**

Omnibus itaque viduis Christianis conventus erat

<sup>b</sup> Perennius praefectus.] Ita Ms. In editis, Herennius. Apud Metaphrastem, Terentius. Baronius anno proxime notato : Quod, Lætum, inquit, Eusebius nominal, idem fortasse Terentius Lætus dictus est. Perennium habent Menæa, manuscripti, Ado, et Usuardus in Martyrologio. Occurrit etiam his temporibus Herennius Celsus, apud Trebellium Polionem in 30. tyrannis in Æmiliano. Unde videtur colligi posse, Herennium tunc Augustalem Ægypti praefectum suisse. Rosweydis.

D D] Percusserunt eum.] Baronius tomo II. anno proxime citato : Quod vero, ait, Eusebius, de Martyribus in Ægypto passis agens, nullam de Philippi hujus martyrio mentionem habuerit, inde fortasse occidit, quod eum necis ipsius causa preteriit. Quod enim a sicariis clam occisis esset, nec publica atqua, quæ sciretur, Christiani nominis confessio præcessisset, ab eo prætermisso esse videri potest : cum alloqui permulta majoris quoque momenti ab eo (ut in singulis fere annis videre est) esse silentio præmissa, nullum sit dubium.

**Memoria hujus ex'at in Martyrologio Romano 13. Septembri : Alexandria natilis B. Philippi, patris S. Eugeniae virginis. Ille dignitatem praefecturæ Ægypti deserens, Baptismi gratiam assecutus est : quem in oratione constitutum jussit Terentius praefectus ejus successor gladio jugulari. Vide Menologium Græcorum supra in Eugenia. et Menæa 24. Decembri post Acta Eugeniae duos iambos de Philippo habent.**

Rosweydis.

<sup>a</sup> Antea ibi legebatur.

ad beatam Claudiam, et omnibus virginibus conveniens erat ad beatam Eugeniam. Sanctus autem Cornelius Papa urbis Romæ, **576** omni vespere sabbati, quæ lucescit in Dominico die, dabat eis noctem hymnis pævigilem, et pullorum canoribus noctis quiete agebat ejus sacrosancta mysteria, et ita confirmabat eas sabbato. Eugenia autem et Basilla, ut memoravi, omnibus se pene noctibus fruebantur in Christo, et alterno se eloquio renovabant. O quantas per Eugeniam virginis Salvator invenit! quantas etiam per Basillam Christus sponsas obtinuit! quantas per Claudiam viduitatem propria voluntate servarunt! quanti juvenes per Protum et Hyacinthum Christo Domino crediderunt!

### CAPUT XXII.

*Persecutio Christianorum. Revelat Dominus Eugeniam et Basillam coronas proximas. Oratio Eugeniae ad Christum.*

Valeriano itaque et Gallieno imperantibus, orta seditio de Christianis est, eo quod Cyprianus Carthaginem evereret, et Cornelius Romam. Data est ergo auctoritas ad Paternum proconsulem, ut Cypriani occideret. Cornelius autem quia a multis Romanis etiam in ipsis tribus fovebatur, erat in abdito. Tunc beata Eugenia videns Basillam, ait: *Revelatum est mihi a Domino, quod pro virginitate passuras.* Et Basilla ad Eugeniam respondit: *Et mihi, inquit, dignatus est Dominus demonstrare, quod martyrii coronam duplē capias: unam, quam apud Alexandriam pro justis laboribus acquisisti: et aliam, quam in effusione tui sanguinis consecutura es.* Tunc beata Eugenia expandens manus suas, dixit: *Domine Iesu Altissimi filius, qui ad salutem nostram venisti per virginitatem matris, tu per virginitatis præmium, omnes quas mihi creditisti, perduc ad regnum gloriae tue.*

### CAPUT XXIII.

*Eugeniae adhortatio ad virginitatem et martyrium. Mundi blandimenta fallacia.*

Residentibus autem sanctis virginibus Christi, quæ erant cum Eugenia et Basilla, dixit omnibus beata Eugenia: *Ecce vindemiæ tempus est, in quo succiduntur botri, et pedibus concubantur: sed post hæc regalibus convivis apponuntur. Absque eorum sanguine nulla potestas imperii, nulla illustris dignitas decoratur: et vos premites mei, et meorum viscerum botri, estote parati in Domino. Virginitas enim est primæ virtutis indicium Deo proximum, similis Angelis, patens vitæ, amira sanctitatis, via securitatis, domina gaudi, dux virtutis, fomentum et corona fidei, administracionem et subsidium charitatis. Nihil ita nobis laborandum, nihil ita est entendum, nisi cum virginitate vivamus: aut quod est gloriōsus, pro virginitate etiam moriamur. Quæ sunt hujus mundi blandimenta fallacissima, et cum gaudio temporali veniunt, et cum perpetuo dolore discedunt: faciunt momentaneum risum, ut æternum fletum infligant: tribuunt fugitivos flores, ut marcidiores perseverantes ad advectent: mentiuntur securitatem transeuntis temporis, ut perpetui sæculi cruciatibus tradant. Ideoque charissimæ virgines, quæ mecum in agone virginitatis nunc usque accurreris, perinante **577** in amore Domini, quem coepistis. Tenuimus tertiū temporaliter, sine fastidio et horrore sulferite, ut tempora gaudii æterni cum omni possitis dilectione suscipere. Ego enim commenda vi vos Spiritui sancto, et credo quod vos mibi integras omnes*

<sup>4</sup> Decrevit Gallienus Augustus.] Baronius tomo II. anno Christi 262. Lionysii Papæ 2. Valeriani et Gallieni Imp. 8. Quod, ait, spectat ad martyres Romæ passos, quod nonnulli sub Gallieno imperatore martyrium subiisse dicuntur: non id accedit, ut, cessante Valeriano, in martyrio fuerint coronati: quandoque dem (ut dicimus) Gallienus, captio ab hostibus Vale-

A illibatasque constituit. Nolite itaque faciem meam ex hoc corporaliter querere, sed gestæ et actus per spiritum contemplamini. Et his dictis, osculata est universas, et flentes fortissimo animo consolabatur. Dicentiibus autem sibi vale invicem Basilla et Eugenia, oratione facta, discedunt.

### CAPUT XXIV.

*Basilla ab ancilla proditur. Helenus patruelis Basilla. Basilla pedes Proti et Hyacinthi osculatur.*

Fecit eodem die perrexit una ex ancillis ad Pompeium sponsum Basilæ, quæ et dixit: *Quia te dominum nostrum Basillam novimes ab Imperatore meruisse, sextus et eo amplius est annus, quam tu in tenero ætatis anno, ut postea acciperes, distulisti: sed patruelam ejus Helenum scias esse Christianum, et hanc ita factam Christianam, ut tibi omnino non nunquam. Nam et duos eunuchos Protum et Hyacinthum simulavit se illi donum offerte Eugenia: quæ illa quasi dominos excusat, et quotidie pedes eorum ac si deorum immortalium osculatur, quia ipsi auctores sunt artis magice, quam Christiani committunt. His auditis, Pompeius statim accurrrit ad Helenum patruelam ejus, qui et nutritor ejus erat et tutor, et dicit ei: *Intra hoc triduum nuptias meas celebrare disponui, pro quo re fac me videre sponsam meam, quam mihi dominii rerum invictissimi principes fieri conjugem præcepérunt. Ille, his auditis, agnoscit proditum negotium, ait ad eum: Quousque anni transiunt infans: ejus, meam circa eam tutelam pro germanitate patris ejus, et pro ipso nutrimento exercui: nunc vero quia cœpi sui esse arbitrii, in sua vult esse potestate. Unde si illam videre desideras, ejus erit arbitrii, non mei imperii.**

### CAPUT XXV.

*Basilla arersatur colloquium sponsi Pompeii. Calumnia Pompeii in Christianos.*

Audiens hæc Pompeius, vehementius cœpit ardere; et pergens ab Basilla domum, ut nuntiaretur janitoribus imperabat. Cui ita sunt a Basilla mandata: *Causam te videndi penitus nullam me habere cognoscas, neque audiendi, neque salutandi. His auditis turbatus est vehementius; et omni pene senatorem favore usus, prostravit se coram Imperatore, dicens: Subvenite Romanis vestris sacratissimi principes, et deos novos quos Eugenia secum adduxit ab Ægypto veniens, ab hac urbe separate. Diu est enim, quod hi qui Christiani dicuntur, reipublica nocent, qui irrident legum nostrarum sacrosanctæ ceremonia, et omnipotentes deos nostros, ac si vanæ simulacra, despiciunt. Jura quoque ipsius naturæ pervertunt, separant conjugium, gratiam sponsorum sibi associant: et dicunt iniustum esse, si sponsum suum sponsa accipiat. Quid faciemus, piissimi Imperatores? Inveniti sunt dii, qui homines prohibeant, et quibus ista videbunt, si nati non fuerint quibus valeat imperari? Ubi reparatio Romanarum virium?* ubi **578** Romani exercitus rediviva certamina? Pro quibus victrices dextræ vestræ hostium cervices inclinabunt, si jam uxores habendæ non erunt, si sponsas amittimus, et lacemus.

### CAPUT XXVI.

*Sententia Gallieni Imp. contra Basillam. Basilla ab amore castitatis gladio transfoditur. Proetus et Hyacinthus decollantur.*

Hæc et his similia dum prosequeretur, et omnis senatus ea debili querela depromeret, et decrevit

riano parente, mox persecutionem cessare jussit, datis pro Christianis edictis: sed quod solus Gallienus Romæ imperaret, Valeriano agente cum exercitu in Oriente, idcirco plerique martyres sine Roma, sive alibi, sub Gallieno passi dicuntur, et inter alios clarissima feminæ Eugenia virgo.

Roswellius

<sup>1</sup> Reservendum videtur palmites.

**Gallienus Augustus**, ut aut sponsum suum Basilla A acciperet, aut gladio interiret; Eugeniam vero aut sacrificare diis, aut crudeliter Interire: et dedit licentiam, ut quicunque Christianum penes se absconderet, puniretur. Convenitur Basilla, ut sponsum recipiat. Dicit se illa Regem regum habere sponsum, qui est Christus filius Dei. Et cum hæc dixisset, gladio transfossa est. Tenti statim Protus et Hyacinthus, trahuntur ad templum: sed oratione illis facientibus, simulacrum Jovis ad quod ducebantur sacrificare, cecidit ad pedes eorum; et ita cominutum est, ut ubi fuerit, non pareret. Non virtuti divinae, sed magicae arti hoc imputans, jubet eos decollari Nicetius urbis praefectus.

## CAPUT XXVII.

*Præclarum Eugeniae de castitate Ecclesie testimonium.*

Qui etiam accersitam ad se Eugeniam, cœpit de magicis artibus ab ea flagitare sermonem. At illa constanter os suum aperiens, dixit: Pollicor tibi, quod ars nostra vehementior magis est: nam magister noster habet Patrem sine ulla matre, et matrem absque patre. Denique sic eum genuit Pater, ut omnino feminam nunquam sciret: sic eum genuit mater, ut masculum omnino non nosset: hic ipse habet uxorem virginem, quæ illi quotidie filios creat, etiam innumerabiles ei filios parit, quotidie suam carnem ejus carnis conjugit. Oscula ejus circa eam sine intermissione sociantur, in amore suo invicem omnino perdurant, et tanta integritate subsistunt, ut omnis virginitas, et omnis charitas, et omnis integritas ex eoruin conjugio dirimatur.

## CAPUT XXVIII.

*Ducitur ad templum Diana Eugenia. Eugeniae oratio.*

*Ad preces Eugeniae templum Diana corruit. Sententia Imp. contra Eugeniam. Eugenia in Tiberim missa non mergitur.*

Audiens hæc Nicetius, obstupuit: et ne ad Imperatorem perveniret, quod eam libenter audiret, jussit eam ad templum duci Diana: et ita spiculator immunens, dixit ei: Redime vitam tuam, patrimonium tuum, Eugenia, et sacrificia deæ Diana. Tunc beata Eugenia expandens manus suas, cœpit orare ac dicere: Deus qui cordis mei arcana cognoscis, qui virginitatem meam sinceram in tuo amore servasti, qui me filio tuo Dominino meo Jesu Christo sociare dignatus es, qui Spiritum sanctum tuum in me regnare fecisti, adesto mihi nunc in confessione nominis tui, ut confundantur omnes qui adorant hoc idolum, et qui gloriantur in simulacris suis. Et dum oraret, fit terræmotus in eodem loco: et ita templi ipsius fundamenta nicta sunt cum ipso idolo, ut nihil aliud remanserit, nisi sola ara, quæ fuit ante januam templi, ad quam stabat beata Eugenia. Hæc

in insula Lycaonia gesta sunt eoram omnibus qui sequebantur agonem Eugeniae. Fit concursus populi Romani, et varia acclamatio. Alii dicunt innocentem, alii magam. Nuntiantur ista præfecto, præfectorus 579 Imperatori manifestat. Imperator eam jubet ligari saxo, et præcipitari in Tiberim: sed statim saxum disruptum est. Beata vero Eugenia ita sedens, super fluviali aqua efferebatur, ut omnibus Christianis appareret, illum fuisse cum Eugenia in flumine, ne absorberetur, qui fuerat cum Petro in mari, ne mergeretur.

## CAPUT XXIX.

*Illæsa manet ab igne thermarum. A Christo in carcere pascitur. Gladio percutitur.*

Item inde sublata, in thermarum Severianarum fornacibus mittitur: quæ sic statim extinctæ sunt, ut thermarum calor refrigericeret, ut omnia incendia lignorum ad nihilum devenirent. Sic denique chaos fecerunt ut vel ulterius exhiberi non possent. Mittitur post hæc in custodiam tenebrarum, et per decem dies jubetur nullum cibum accipere, et lumen penitus non videre. Ibi autem tantus quotidie abundavit splendor, ut dum egrederebatur beata Eugenia, quasi lumen aliquod radiaret. Apparuit autem illi Salvator, ferens in manu panem nivei candoris et immensee suavitatis et gratiæ, et dixit ei: Eugenia, accipe cibum de manu mea. Ego sum Salvator tuus, quem tota mentis animique intentione dilexisti, et diligis. Eodem die in cælis recipiam, quo ego descendam 580 ad terram. Et hæc dicens, abscessit. Ipso autem die natalis Domini missus est gladiator, qui eam in custodia positam percussit, et sublatum est corpus ab affinis Christianis, et possum est non longe ab urbe via Latina in prædio ejus proprio ubi multorum sanctorum ipsa sepelierat membra.

## CAPUT XXX.

*Matri appetat, et mortem prædict.*

Claudia autem mater ejus, cum ad ejus sepulchrum fleret, apparuit ei vigilanti in medio noctis silentio, auro texta cyclade induita, cum multo populo virginum, et dixit ei: Gaudete et latetare, quia et me intriduxit Christus in exultationem sanctorum, et patrem meum in patriarcharum numerum. Ecce, die Dominicæ et te suscipiet in gaudium sempiternum. Commenda filiis tuis fratribus meis custodiore signaculum crucis, ut efficiantur nostri participes. Ecce, loquente ea, facta est claritas, quam oculus ferre non poterat: et Angeli transentes, hymnum dicebant Deo inenarrabilibus vocibus. Illoc sotum intelligebatur quod nomen Jesu Christi et Spiritus sancti in ipsis laudibus resonabant. Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui sancto, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum, Amen.